



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectura Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

Art. I. Ex doctrinâ Patrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

S E R M O V.  
LIBELLA ET AMVSSIS

*Architecti Christiani*

PRVDENTIA ET DISCRETIO.

A R T I C U L V S I.

*Ex doctrina Patrum.*

**A**D FINE admodum est Normæ Instrumentum illud architectonicum, quod LIBELLA dicitur, & cum hac, munere conveniens, AMVSSIS. Vtrumque superius est definitum: utroque plana coæquantur, & diriguntur ad rectitudinem ligna, & lapides. Libellæ rationem in Architecturâ nostra habet *Prudentia*, Amvssis verò, *Discretio*. Utraque efficit, ut nihil ad rectitudinem in Virtutibus desideretur: & , nisi adhibeantur maturè, fabrica virtutum multa vitia contrahit. Audiatur Papa Gregorius, cuius est hoc enunciatum, *Nisi Virtutes, Sapientia epulis repleta, ea, quæ appetunt, prudenter agant, virtutes esse nequam possunt.* De Discretionem, quo nomine utuntur scriptores Ecclesiastici, & potissimum Ascetæ, idem affirmant Magistri Spirituales. Et quidem Ioannes Cassianus

Quint Pars.

O o

nus

(a) Lib. 2. Moral. cap 33.

nus (a) tantum ei tribuendum censeat, ut afferat eam in virtutis exercitatione esse Lucernam illam Evangelicam apud Matthæum & Lucam, (b) quæ totum corpus lucidum facit: immò, Solem quem Apostolus monet: ne occidat super iracundiam, ad Ephesios IV. tum verò, ex Salomone in Proverbiis, *Gubernationem vitæ, Consilium, Sapientiam*: præterea, ex Apostolo Paulo *cibum solidum*: & quæ comparari aliquatenus potest cum Verbo DEI: quandoquidem de illo scriptum est, *Discretor cogitationum, & intentionum cordis*. Ex quibus, & ex S. Antonii sententia concluditur: Manifestissimè declaratur, sine Discretionem nullam vel perfici, vel stare posse virtutem. Nimirum, quando paries ad Libellæ rectitudinem non est conformatus, neque ad Amussim erectus, proclinat, & facile in ruinam tendit. Hæc adeò vera sunt, ut Virtutibus quoque Theologicis hæc instrumenta accommodari debeant: nam nec actus fidei, spei, & caritatis nomen tuentur suum, nisi ad Prudentiæ Libellam, & Amussim Discretionis exacti prodeant.

(a) *Collat. 21. cap. 4.* (b) *Matt. VI. Luc. XI.* (c) *Prov. XI. 14.* (d) *Hebr. VII. 23.* (e) *Hebr. IV. 12.*

## ARTICULUS II.

### EXEMPLO CHRISTI

*Idem a lstrui r & stabilitur.*

**I**N Christo annorum duodecim puero commendabatur Prudentia, cum sederet in medio Doctorum, & interrogaret, responderet, sileret. *Luc. 2. Stupebant omnes, inquit Evangelista, qui eum audiebant, super prudentia, &*

*respon-*